

20
1764, 41.
DE NONVLLIS
QVI A
CAVTIONE PRO EXPENSIS
IMMVNES SVNT

V T S I B I
AD SVMMOS IVRIS HONORES

A D I T V M A P E R I R E T
EX ILL. ICTOR. COLLEGII
V O L V N T A T E

A. D. XXVII. SEPT. A. R. S. CICDCCCLXIII

D I S P V T A B I T
CAROLVS GODOFREDVS ZIZMANVS
A D V O C A T . L I P S I E N S



L I P S I A E
E X O F F I C I N A B R E I T K O P F I A

DE NOMINIBUS

CARTONIS IN LIBRARIIS

CHIUVANESI SANT

7D CHIUVANESI LIBRIS NOMINIS

CHIUVANESI LIBRIS

CHIUVANESI LIBRIS NOMINIS

CHIUVANESI LIBRIS NOMINIS

V I R O M A G N I F I C O
S V M M E R E V E R E N D O

IO. GODOFREDO HERMANO

S. S. THEOL. D.

SACRORVM IN AVLA PRINCIPIS ELECTORIS
SAXONIAE ANTISTITI PRIMARIO
S V M M I S E N A T V S E C C L E S I A S T I C I E T
C O N S I S T O R I I A S S E S S O R I

P A T R O N O S V O M A X I M O

S. P. D.

C A R O L V S G O D O F R E D V S Z I Z M A N V S.

N I R O I A M A G N I T O S
D A U M M I E R E V E R T I D O

O C C D O C H O N H E R M A N D

U P D R I C T 3 2

S A M M L U N G V E R S C H I E D E N D E R
G E S C H I E D E N D E R
S A M M L U N G V E R S C H I E D E N D E R
G E S C H I E D E N D E R

P A T R I C I O S O M A X I M O

E B D

C A R O L A S E D U O L P E A S S I M M A N E

VIR MAGNIFICE
SUMME REVERENDE,

*E*x omnibus beneficiis, quae
tribuit mihi, dum vixit b.
Cramerus, frater Vxoris TVAE
vterinus, Vir in omni Iuris et Hi-
storiarum genere praestans, illud et

A 3 maxi-

maxime amo, et inter maxima refero,
quum *TVO* fauori ac bencuolentiae
ita me commendauit, vt fere gloriari
michi liceat, neminem ex omnibus esse,
quorum fauor et gratia rebus meis pos-
sit esse vel ornamento vel adiumento,
qui tanta me, quantam inde ab illo
tempore semper expertus sum *TVAM*,
prolixii animi voluntate amplectatur.
Atque hanc *TVAE* erga me volun-
tatis magnitudinem, quam satis mihi
declarasti non modo litteris et sermoni-
bus, incredibilem amorem spiranti-
bus, verum etiam beneficiis numero
pluri-

*plurimis, opinione inexpectatis, tem-
pore opportunis, genere ipso praecla-
ris, quo longius a dignitatis TVAE
splendore abest rerum mearum obscuri-
tas, eo magis admiror et censeo esse
praedicandam. Itaque, non ut patro-
cinium TVVM mihi compararem,
sed ut clientis officio satisfacerem, ne-
que ut impetrarem a TE beneficium,
sed ut gratam acceptorum memoriam
palam testarer, hunc libellum, cuius
defensione ad honorem Doctoratus con-
sequendum nihil fortasse in vita mea
futurum est illustrius, Nomiini TWO
in scri-*

inscribendum et dedicandum putavi.
Deus , qui *vnuſ potest remunerari*
TVA de me deque vniuerso terrarum
Saxonicarum ſtatu eccleſiaſtico merita,
ſaluum TE atque incolumem , omni-
busque modis et perpetua TVORVM
felicitate florentem et beatum , ad sum-
mam vſque ſenectutem conſeruer. Vale.
Lipſiae die VIII Cal. Octobris a C. N.
CICICICLXIII.



DE NON NULLIS
IMMVNES SVNT

A CAVTIONE PRO EXPENSIS

§. I.
Prooemium.



um more institutoque maiorum summos
iuris honores capere volentibus virium
quoque periculum ita faciendum sit, ut
quid scribendo et dicendo profecerint proposito eam in
rem libello, colloquioque super eodem instituto palam
ostendant, equidem lege et consuetudine vocatus non

B

possum

possum sane videri temere ad scribendum processisse;
 qui sine hoc moris antiqui imperio, inter forenses cau-
 fas delitescere quam prodere scribendo virium tenuita-
 tem maluissem. Sed, quo minus audaciae et teme-
 ritatis stimulis excitatus ad scribendum accessi, eo ma-
 gis spero lectores meos ad excusandum futuros esse fa-
 cillimos. Quid enim a scriptore et in exercitato et
 cura tenuissimarum rerum, ut in vita forensi solempne
 est, oppreso, denique virium moduli memore exigant?
 Quodsi itaque, ut ex animo rogo, non nihil his rebus
 se moueri passi fuerint, multum me iis hoc nomine de-
 bere semper fatebor. Sed cum nautae de ventis; ruri-
 colae de agri fructibus; militi de pugnis; mercatori de
 mercibus; medico de morbis; philosopho de entibus lo-
 qui liceat, quis cauſarum patrono de re forensi dicenti
 facile succenserit? Quare de iis animus est breuiter di-
 sputare, quia cautione expensarum cauſa immunes
 sunt. Non quidem nouitate libellus placebit, neque
 vero hanc laudem appeto, qui modestia et humanitate
 imo breuitate cupio probari.

§. II.

§. II.

Necessitas cautionum earumque variae

et simpliciter in formae.

Cum homines maxime ad decipiendum proclives sint, et lucri studio interdum nimis facile abripiantur, sapienti consilio legislatorum prouidentia vincula excoigitata sunt, quibus fides hominum adstringi et decipieendi licentia coercenti possit. Nam etsi poenae sunt fraudibus propositae, tamen pauperes et malos homines poenae metus non prorsus continet. Audent saepe dum modo liceat audere. Sed quod leges in quibusdam caussis non poenarum reverentia terrere tantum malos ciues voluerunt, sed bonis etiam securitatem praestare, hinc cautiones inuentae sunt. Atque earum quidem usus ex antiquissimis Romanae reipublicae temporibus, quibus fideiussoribus et pignoribus cauere solemne erat, potest repeti; Sed non licet ad ista pri-mordia iuris Romani redire et pignorum, quae tragoctissimarum dissertationum Illustris Christiani Vilelmi Küstneri enarrata sunt, capiendorum ritum aut Mucianae et similium cautionum formulas recensere, placet potius in hodiernis moribus consistere. Multi lites



amant, et litibus libenter alias vexant; quodsi ergo impune actionibus institutis possent eiusmodi homines iudicium aures obtundere, et aliis negotia faceſſere, quis a pauperis maleuoli et rixosi hominis iniuria facile tutus futurus effet. His ergo expensarum nomine frena injecta sunt: cum nemo cogatur actori respondere, qui expensarum cauſa nondum satis dederit; nihil enim magis effet iniquum, quam si temerariis et futilibus litibus fruſtra excitatis aut iudices sine honorario affidere, aut ii, a quibus petitur, sumtus fine culpa ſua impendere deberent, auctores litium vero fine omni incommodo forte, quod nihil haberent, discedere poſſent. Voluerunt ergo leges cautionem ab actoribus expensarum cauſa praefari, tum ut litium amatores non facile agant, ſi cauſa agendi deſit iusta, vel specioſa, cum ſciant ante expenſas quodammodo repreſentandas eſſe, tum ut ii, a quibus petitur, habeant, vnde id quod aliorum culpa impenderunt, repeatant, tandem ut iudicibus ſatis fieri poſſit. Cautiones ergo ab auctore ſub litis initium praefandae in utilitatem iudicium et eorum, a quibus petitur, inuentae ſunt. Quod optime intelligitur ex Ref. Grau. nouiff. (§. 17. von Iuſtitien Sachen Tom. I. Cod. Aug.

p. 216.)

p. 216.) secundum quam iudicibus cautionis exigendae necessitas statim post oblatum libellum imponitur, ne scilicet opposita exceptione nondum praefitiae cautionis pro expensis, et lata super ea sententia per ambages cauſsa deduci videatur. Cautio vero dupli modo succedit et per fideiuſſores et per pignora. Nam quamvis multi ſunt qui quatuor genera cautionum conſtituunt, fideiuſſoriam, pigneratitiam, iuratoriam et promiſſoriam, non tamen mea opinione re ſubtilius conſiderata, iureiurando et nuda promiſſione caueri ſatis poſſe exiſti-
mo. Nam quidquaeſo cautione ſtudemus efficer? nonne hoc in primis, vt is cum quo nobis res eſt, poſſit ſecurus eſſe, aut futurum eſſe quod optet, aut non futurum quod metuat? Ita in cautione pro expen- ſis hoc conſilium ſpectatur, vt ſecurus poſſit eſſe iudeſ et is a quo petitur, actorem temere litigantem ſumtuſ li- tis ſoluturum eſſe. Num vero hoc ſine pignore aut fideiuſſore idoneo poterit? Nouimus ſcilicet calumnia- torum in peierando et multo magis in promittendo li- centiam. Num ergo calumniandi cauſſa lites mouenti fides habenda erit? Cum eodem modo quo litium falſam cauſſam quaefuiuit, falſam iurandi et promittendi ſpe-



ciem prae se ferre possit; Quod si fidei non mereatur quomodo alter securus esse possit. Patet ergo securitatem, cuius mater cautio fieri debet, non nasci nisi interposito pignore vel dato idoneo fideiussore. Et profecto securitatis studium efficit ut fideiussores non statim existimentur idonei, etiam si sint locupletes, sed eosdem oporteat esse faciles ad conueniendum.

§. III.

*Recte tamen a fideiussore et pigneratitia cautione
nonnulli liberantur.*

Iam Diuus Augustus Elector P. I. Conf. V. fundorum possessores a cautionis onere liberavit: *Der so unter uns Güter hat, und gnugsam in unsfern Landen besessen, soll den Vorstand für die Expensen und zur Wiederklage zu bestellen nicht schuldig seyn, ob er gleich unter dem Gerichte, dafür er beklaget, sonst nicht seßhaftig; so soll er auch nicht gedrungen werden, einige Gunst über die Güter von den Gerichten, darunter sie gelegen, zum Vorstände auszubringen, und dergleichen soll auch dessen, so gnugsam unter uns besessen; constituirter Anwälde fernrer Caution zu bestellen und aufzurichten nicht pflichtig*

tig seyn. Aber der, so unter einer fremden Herrschaft eines andern Oberherrn ist, und in unsern Landen klaget würde, soll, wie in Gerichten unserer Lande zu sprechen gebräuchlichen bis anhero gewesen, den Vorstand bestellen und dessen nicht erlassen werden. Atque eodem modo in Ordinatione Processus Saxonici Recognita ad Tit. XIII. fundorum possessores ab onere satisfactionis liberantur, in eorumque numerum et alii referuntur. Pro Possessionatis sollen auch diejenigen, welche Kramlaeden oder Apotheken besitzen, ingleichen die Vfusfructuarii und die Officiales, so in wüncklicher Besoldung stehen, nicht minder ganze Corpora und Vniuerstaties, wenn sie gleich keine Gemeinde-Güter haben, gehalten werden.

§. IV.

Qui fundorum domini habendi sunt.

Fundorum ergo domini, cuius generis non sunt nudi detentores, sed qui dominium in Saxonia iudiciale traditione acceperunt, ab onore cautionis immunes sunt. Oportet autem fundos sitos esse in Saxonia, nam ex Augusti Electoris Constitutione intelligitur extra Saxoniam domus praedia villas et id genus fundos habentes



bentes non immunes a cautione praestanda censendos esse. Nam fundorum in Saxonia domini facile expensarum caussa contueniri possunt, extra Saxoniam non item, sed posset forsan ambigi, num non interfit eorum, a quibus petitur, actores ad agendum sine cautione non admitti nisi sub eodem iudice, coram quo lis tractatur, fundos habeant fitos. Enim uero cum omnes, qui vni eidemque principi parent, quasi sub vnius eiusdemque iudicis iurisdictione viuere, et re ad principem delata eius auctoritati atque facilissime executioni obnoxii videantur, hinc fieri solet ut quando actori cautionis praestandae necessitas iudicis sententia imponatur, semper fere in hunc modum pronuncietur: *Daß Kläger den geforderten Vorstand auf 30 Thaler hoch zu bestellen, oder daß er in hiesigen Landen mit unbeweglichen Gütern angefessen, beyzubringen schuldig.* Vid. Summe Reuerendi et Illustris c. F. HOMMELII Patroni et Praeceptoris ad cineres Venerandi *Teutſcher Flauius* p. 103. Ex quo pronunciandi modo duo colligere licet. Vnum quidem in fundi domini arbitrio situm esse, vtrum velit pecunia cauere, an demonstrato fundi aut rei, quae eandem, quam fundi securita-

tem

tem praefat, dominio. Alterum; non allegationem dominii in fundo quodam sufficere, sed demonstratione opus esse. Quod optime in Saxonia testimonio iudicis, coram quo traditio fundi celebrata est, fieri posse apparet.

§. V.

An Fideicommissum Familiae et Feudum a cautione liberent.

Notissima sunt apud nos Fideicomissa Familiae, quibus vel masculi tantum, vel seniores vtriusque sexus, vel nomine familiari vtentes secundum ordinem definitum possessionem fundorum ita accipiunt, vt viuentes iisdem vtantur, mortui idem ius transmittant ad eos, qui secundum institutionem fideicomissi proximum succedendi ius habent. Sed num hunc verum dominum putemus? Non ausim hoc nomine appellare. Nam domino, nisi aetas aut seruitus interfit, alienandi potestas esse debet. Atqui in Fideicommissis Familiae possessoribus alienandi nulla potestas relicta est, cum, eti interdum pactis familiarum possint oriri, tamen plerumque orientur vltimis voluntatibus, reipublicae au-

C

tem



tem interfit defunctorum vltimas voluntates seruari integras. Sed nolim tamen cum Bergero (P. II. Supplementorum ad E. D. F. p. 361. No. IIII.) his Fideicommissorum Familiae possessoribus cautionis onus magis, quam feudorum vtilibus dominis imponere. Bergerus quidem ait Fideicommissa Familiae non posse vendi, Feuda contra consensu domini directi et eorum, qui Saxonico more simultaneam inuestituram nacti sunt, transferri posse. Sed quis neget Fideicommissa Familiae principis auctoritate et familiae consensu euangelice et sic liberam alienandi potestatem dari possessori. Quare in Fideicommissis Familiae non minus quam in Feudis puto distinguendum esse. Possessores fundorum Familiae Fideicommissorum et fructus ex iis percipientes sine dubio ab onere cautionis liberandi sunt, eodem modo quo Feudi possessores Bergerus imunes esse contendit. Sed quemadmodum affirmare non auderem, Feudi Exspectatiuam habentem aut simultanei inuestitum immunem esse a cautionis onere, ita etiam multo minus vellem eum, qui ex Familia tantum est, fundumque fideicommissarium nondum possidet, sed spem solum aliquando possidendi forte.



forte tenet, a cautione pro expensis praestanda, liberare.

§. VI.

De his, qui tabernarum nomine a cautione liberantur.

Inter eos, qui eodem iure cum fundorum in Saxoniam sitorum dominis vntuntur in O. P. S. R. ad T. XIII. primo loco recensentur, qui tabernas vel pharmacopoliā vendundis mercibus aperiunt. Tabernarum vero nomine, non quemuis locum vendundis mercibus destinatum venire, sed significari strictim id genus, quod vernacula lingua *Kram-Laeden* dicitur; id est taberna, qua vtitur mercator, *ein Kaufmann oder Kramer*, intra consortium mercatorum ciuitatis rite receptus. Ideoque eodem priuilegio neutiquam dignos existimarem paganos istos homines, qui e vicinis ciuitatibus exportatas merces plerumque ad victum et usum quotidianum pertinentes, ruricolis vendunt siue potius distribuunt. Nam cum arbitrio iudicis cautionis aestimatio relista sit, istius potissimum interest non liberari ab eius onere eos, qui aliud securitatis genus



non habent. Quare e negotiationis, quam quis exercet, modo, cautionis sive necessitas sive summa iudicanda est. Et hinc etiam dominis tabernae mercatoriae sic vacuae, aut creditoribus obnoxiae, cautionis necessitas etiam inuitis et renitentibus imponenda esse videtur. Eadem quoque de Pharmacopolis dicenda sunt. Pharmacopolae qui satis instructum pharmacopolium habent, et in ciuitatibus singularibus priuilegiis plerumque vtuntur, a cautionis praestandae onere omnino immunes ex O. P. S. R. ad Tit. XIII. voluntate censendi sunt. Sed ad eorum numerum referendi non sunt, qui Theriaca, herbas, emplastra et collyria, pulueres, potiones pilulasque tanquam inuentores vel ut inuentorum heredes vendunt. Nam illi plerumque aut circumforanei sunt et varias prouincias pererrant, aut etiam si consitant in certa vrbe, facillime cum arcanis suis, vt vocantur, discedere, et sic securitatis spem fallere possunt; sed contra alios in pharmacopolarum et eorum, qui tabernas vendundis mercibus habent numerum referendos esse existimare. In ciuitatibus plerisque Saxoniae et tantum non omnibus, tonsorum, balneatorum, pisto-
rum

¶

rum et eorum, qui cereuiae coquendae ius habent,
certus numerus est. Neque semper tonstrinae aut bal-
nei ius certo fundo ita adstrictum est, ut etiam fun-
di cauſa tonſores et balneatores a cautione immunes
habendi ſint, ſed quae vulgo dicuntur *die Balbier-ſtuben, Bad - Stuben, Back - und Braugerechtigkeiten*,
ſunt iura quae quaſi per ſe conſiſtunt et neutiq; aedi-
ſificii alicuius fundamento neceſſario imposita cenſeri de-
bent. Quare quicunque eorum iurum dominum ſe,
magistratus teſtimonio probauerit, ad cautionem pro
expensis praefandardam non eſt adigendus. Sed in ea
re cautione opus eſt, vtrum quis intra numerum tonſo-
rum et balneatorum, qui ſemper ex antiqua conſuetu-
dine in ciuitate fuerunt, relatus ſit, an gratia principis
ſingulari exercendae tonsoriae aut balneariae potesta-
tem accepérit. Huius ius personale eſt, illorum quod
ad quemuis emtorem, heredem, cefſionarium vel do-
natarium transferre, imo hypothecae obligare poſſunt,
reale videtur, adeoque non diſſimile fundis. Ius per-
sonale morte exſpirat, vnde ergo poſt mortem ſecuri-
tas impensarum nōmīne? Non minori autem cura in
pistoribus et cereuiae coquis diſpiciendum eſt, vtrum



hoc ius sit ciuale, id est omnibus vniuersitatis membris
commune, an priuilegium gratia singulari tributum sin-
gulis. In ciuitatibus, in quibus omnes ciues possunt ce-
reuiiam coquiere, quando ordo a magistratu definitus
eos tetigerit, nullus se hoc quidem nomine ab onere
cautionis praestandae liberare poterit, alioqui omnes
vrbium in quibus cereuicia coquitur ciues cautionis pro
expensis praestandae vacationem sibi sumere possent.
Enimuero ea vacatione ii demum recte vtuntur, qui
iura constituta habent, *besondere Brau - oder Backge-
rechtigkeiten*, non qui tanquam ciues panem aut cere-
fiam coquunt.

§. VII.

De Vſufructuariis.

Vſumfructum esse ius vtendi fruendi re aliena fal-
ua eius substantia, ad seruitutes referri, et pro earum
natura in promissum et constitutum distribui, norunt fa-
cile omnes tirones, etiamſi bene multa ignorent; Qua-
re non opus est multis ambagibus declarare quinam vſu-
fructuariorum nomine veniant, cum satis notum sit,
eos, qui iure in aliena re constituto, ita vtuntur, vt
omnes

omnes omnino fructus ordinarios ex ea percipient, significari. Sed num omnes vſufructuarios a cautione immunes existimemus? non ausim hoc magis quam de fundorum dominis dicere. Etenim arbitrio iudicis non parum in hac re relictum esse videtur, an fundus et vſuſructus satis ad cauendum videantur idonei. Iudex enim intelligens fundum, vt domus in montanis Saxoniae regionibus, vix pretio decem aut viginti Thalero-rum venire posse, et hanc summam sumtibus ad item prosequendam necessariis nullo modo pro cauſſae grauitate aut ambiguitate ſuſpecturam eſſe, recte mihi videatur vrgere cautionem pro expensis, quamuis actor sciente indice tugurium eiusmodi poſſideat. Eandem rationem feruandam eſſe censeo, ſiquidem fundus one-rum, quae vocant, nomine, quaſi obaeratus fit, et praeterea forte hypothecae obligatus. Nam re cura-tius conſiderata, is qui nomen domini habet vix domi-nus habendus eſt, quoniam ius maius et fortius fiscus principis aut ciuitatis, et creditores hypothecarii tenent. Ergo in vſuſructu ad modum reddituum annuorum respi-ciendum eſt, et ſi nimis puſilli appareant cautionem ab vſuſructuario exigi debere. Sed vſuſructuaris omanino

non



non accensendi sunt conductores fundorum, aut creditores hypothecarii, quamuis de his in utramque partem satis speciose disputari posse non negem, quod is, qui ius in re, quemadmodum creditor cui fundus pignori obligatus est, habet, quodammodo pro parte et magnitudine nominis quod sibi debetur, eo usque dominus sit, donec soluto debito id genus dominii evanescat et fundus liberetur, praeterea autem quod non defuerunt iuris consulti, qui in istis quatuor formis iuris in re omnibus dominii vestigia inesse contenderent.

S. VIII.

De iis qui salarii nomine liberantur a causatione praestanda.

In Ord. P. S. R. ad T. XIII. loco saepius laudatio mentionis sit derer Officialen, so in wirklicher Besoldung stehen. Atque potest fane dubitatio oriri, quinam eo nomine censendi sint? Sed primo non putamus in hac causa eam legem negligendam esse, quae in omnibus priuilegiis fauorabilibus pariter ac odiosis restrictiuam interpretationem suadet. Deinde hoc nomen esse honoris-

BOIT

cum,

❧ ❧

cum, adeoque ad eos qui mercedem annuam accipiunt pro opera humili non posse applicari. Vtrumque monendum esse puto. Alterum propterea ne ad omnes porrigitur et extenuata legis auctoritate ii libarentur, quos a cautionis praestandae onere liberare periculose sunt. Alterum ne putent sub nomine *der Officialen* comprehendendi magis manibus quam animo inferuientes. Officiales vero dicuntur hoc tempore in officio publico, *in einem öffentlichen Amte*, constituti, quod etiam ad magistratus et potestates transferri potest. Sed an ad scribas etiam? si verum fateri licet, nolle de omnibus pronunciare in eundem modum. Etenim quemadmodum hoc priuilegium male extendi posset ad vigiles nocturnos, et qui pueris et id genus hominibus in templis continendis praefunt, *Kirchen- und Bettelvoegte*, etiam si eosdem annuam mercedem accipere manifestum sit; ita non putarem uniuersum scribarum chorum hoc priuilegio gaudere, minime autem eos, qui tantum mercedem scripturae (*die Copialien*) neutquam vero annum stipendium habent.

D

§. IX.



§. IX.

De clericis et scholarum magistris.

Clerici an superiori hominum generi accensendi sint nec ne, quae situm est, et puto sane ministros ecclesiae faciundis sacris destinatos, et redditus ecclesiasticos accipientes hoc priuilegio non minus quam laicos dignos esse, sed ii, qui ob delictum e sacro ordine exciderunt, vel tempore litis motae uti vocantur *suspensiōni obnoxii* sunt (*suspendit sīnd*), non possunt a cautione praestanda immunes censer. Illi, quod causa securitatis deficit, hi quod verisimile sit eam deficere posse. Scholarum in urbibus doctores, si honoraria annua sunt alicuius momenti, clericis annumerandi sunt, cum contra Catechetis, Collaboratoribus, Baccalaureis et istius generis aliis pro modo honorarii cautio vel remittenda vel ab iisdem exigenda esse videatur. De ludimagistris paginis (*von den Schulmeistern*) idem affirmare non dubitarem, cum pro modo salarii quidem (*der Besoldung*) non redditum contingentium (*der Accidentien*) arbitrer ab iudice aesti-

mari-

mari debere, vtrum exigi an non debeat cautio. Alter se res habet, si Parochus vel ludimagister ratione officii consensu Consistorii Ecclesiastici agat. Quo facto vtrumque a cautionis necessitate iure immunem habendum esse patet, quod quasi ecclesia, quae nunquam ad cauendum adigitur, agere videatur.

§. X.

De Corporibus et Vniuersitatibus.

Immunitatis a cauendo priuilegium etiam Corporibus et Vniuersitatibus concessum est, ita quidem ut nihil intersit, vtrum bona adsint communia an non. Sed probe distinguendum esse censemus inter Corpora licita et illicita. Quare si Collegium nostro aeuo celebratissimum der Freymäurer agere vellet, non posset liberari a cautionis praefstandae necessitate. Deinde etiam vires eiusmodi vniuersitatis quae litem ingreditur contemplandas a iudice censeo. Non enim alienum ab iudicis officio, imo eidem maxime con-



ueniens futurum esset, si vniuersitatem vel trium personarum omni patrimonio communi destitutam et morte mox interitaram cauere iuberet.

§. XI.

Peroratio.

Essent quidem multae quaestiones, in quibus decidendis possemus adhuc ingenium exercere, ut de Bibliopolis et Bibliothecarum possessoribus, in quibus tamen in vniuersum pronunciare non licet. De Bibliopolis quinam sint videndum est; de his qui tabernam librariam habent, *die einen offenen Buchladen haben*, idem sine dubio valet, quod de ceteris mercatoribus, neque distinguendum putarem, vtrum libros nouitios an vetustos vendant, quod genus Bibliopolarum solent *Antiquariorum* nomine appellare. Sed de circulatoribus, qui vt Philosophi omnia secum portant, idem quod de herbarum et Theriacorum venditoribus valere appetet. De Bibliothecarum possessoribus ambigi potest, sed eos a cautione non ma-


gis

gis liberandos iudico, quam qui metalla suis impen-
sis exfodienda curant. Vti enim his propterea, quod
spes incerta est, cautio non remittitur, ita quoniam
etiam auidissimi emtores librorum eorum numerum
facile minuere et augere possunt, securitas satis ido-
nea in libris adesse non videtur. Sed essent fortasse,
qui vellent a nobis de illustribus, quas vocant, per-
sonis et de pauperibus disputari: At quoniam non
ideo scribendi consilium cepi, ut doctrinae opinionem
excitarem, cum satis sciam, in hominem forensem &
mei ordinis ab omni fere lectionis et librorum fructu
remotum, non cadere, ita nolo longa oratione le-
gendi taedio eos conficere, qui benevolentiae caufa
ad hanc commentatiunculam legendam accident. De
pauperibus notum est, qua via incedere debeant, si
se commendare iudicis velint tutelae. De iis quos
dignitatis fauor liberat a cautionis onere, e iure ci-
uili et Codicis nolui propterea exponere, quod ple-
rumque ipsum ius ciuile, cui non parum tribuo, a
forensi ratione, quae hodiernis moribus accommoda-



tior est, multum recedit. Gloriolae captandae impetus me non ad scribendum abripuit, praeuidebam gloriam ne quidem claudis pedibus prosequi velle inexercitatos scriptores. Continui me intra fines qui mei generis hominibus descripti sunt. Non confido viribus meis sed lectorum indulgentiae; haec erroribus condonabit, et rogantem veniam excusandi facilitate subleuabit eertissime.





Leipzig, Diss., 1764

ULB Halle
003 770 966

3



f

TAZOL

nur 31. Stck bisher verknüpft

VD18

B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

20
1764, 41.
DE NONNVLIS
QVI A
CAVTIONE PRO EXPENSIS
IMMVNES SVNT
VT SIBI
AD SVMMOS IVRIS HONORES
ADITVM APERIRET
EX ILL. ICTOR. COLLEGII
VOLVNTATE
A. D. XXVII. SEPT. A. R. S. CICDCCCLXIII
DISPV TABIT
CAROLVS GODOFREDVS ZIZMANVS
ADVOCAT. LIPSIENS



LIPSIAE
EX OFFICINA BREITKOPFIA

